

24

APHORISMI ANTI-BELLARMINIANI  
CENTUM, ET VIGINTI:

*Quos*

DEO FELICITER ASPIRANTE,

*Scitu & Autoritate*

AMPLISSIMI, ET SPECTATISSIMI COLLEGII  
Theologici in illustri Academiâ Gießenâ,

PRÆSIDE

REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO:

DN. JOHANNE  
WINCKELMANNO,  
SS. THEOLOGIÆ DOCTORE ET PRO-  
FESSORE PUBL. PRIMARIO, PRÆCE-  
ptore suo reverenter colendo,

*Ad publicam disputationem producit*

M. JOHANNES CRÜGERIUS  
BERLINENSIS.



GIESSÆ HASSORUM,  
Excudebat Nicolaus Hampelius, Typogr. Acad.

M D C X.



MAGNIFICO, NOBILISSIMO ET VERE-  
STRENUO HEROI.

DN. CHRISTIANO  
DISTELMEIERO,

EQUITI MARCHICO, DOMINO IN RA-  
DESLEBEN ET MALSDORF, ILLUSTRISSEMI  
ATORIS BRANDENBURGICI CONSILIARIO INTI-  
MO, MECCENATI MEO MAGNO,

*Hoc quicquid est studii in observantia effera*  
*Submisio*

*Nuncupo & offero*  
*Johannes Csiigerius Berlinensis.*

AS (\* \*) 800

GERMANIA HABENS

LIBRARIUS ET LIBRARIUS

MDCX

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

**R**oposituri, & publica διασκέψει examinaturi aliquot οὐθεῖναται η φλωρολογίμαται ex quatuor illis vastis tomis, quos Robertus Bellarminus de-Jesuita Cardinalis, ex scholasticis, patribus, conciliis, & Pontificum decretis maximam partem compilavit : à classicâ istâ de verbo Dei controversiâ relam ordiemur.

APHORISMUS I.

**Q**uae verba Iesuitæ ipsa extorsit veritas in præfat. tom. I. edit. Ex tom. I. Ingolstad. an. 1605. in 8 Verbum Dei est regula fidei, ex quâ Contro-de dogmatibus judicandum, & in c. 2. libri. 1. de verb. Dei: sa. vers. 1. generalis scripturis, quæ propheticis, & Apostolicis libris continentur, nihil est notius, nihil certius, ut stultissimum esse necesse sit, qui illis fidem habendam esse neget: illa per disputationem libr. 3. & 4. de V. D. manifesto evertuntur.

2. *Theorema istud: Ex solo literali sensu peti debere argumentata firma, & efficacia, positum* libr. 1. de V. D. cap. 17. p. 84. & repetitum libr. 3. c. 3. p. 215. multoties à Bellarmino violatur.

3. *Quæ libr. 1. à. cap. 7. usq; ad 16. d: libris Esther, Baruch, Tobia, Iudith, Sapientia, Ecclesiastici, Maccabaeorum, capp. aliquot Danielis, prolixe disputantur, tantum ponderis non obtinent, ut illis canonicae autoritatem impetrare possint.*

4. *Hebraica Bibliorum editio non est corrupta, nec quicquam pro sententia contraria concludi potest ex locis libr. 2. cap. 2. productis.*

5. *Inaniter desudat Cardinalis in vulgatae editionis mendis excusandis libr. 2. c. 12. & scqq.*

6. Vix ex illo probato scriptore exemplum produci poteris,  
ubi vox aveverem exhaustire significet, ut eam vertit vulgatus in-  
terpres Hebr. 9. v. 28. cuius defensionem frustè suscipit Bellarm.  
libr. dict. c. 14. p. 173.

7. Lutheranos autoritatem interpretandæ scriptura ad  
privatorum hominum Spiritum deducere, ut habet caput tertium  
libri tert. sub. fin. calumnia est apertissima.

8. Falso afferitur libr. 4. c. 3. pag. 257. Deum non man-  
dasse Apostolis, ut scriberent.

9. Ibidem contra veritatem pronunciatur: Pontificios  
nullam traditionem admittere contra scripturam.

10. Crimen falsi committitur in præfat. controv. se-  
cund. general. dum affingitur Lutherò, quod & ad eos dixerit: Ani-  
ma mea edit verbum opusστοιχείων.

11. Arianismum sapit, quod locus Philip. 2. v. 9. ad Di-  
vinitatem refertur libr. 1. de Christ. c. 4. p. 377.

12. An ab impietate liberari possit pronunciatum illud  
capitis 11. in pr. l. dict. Sibyllæ multa clarius prædixerunt, quam  
ulli prophetarum, vehementer ambigo.

13. Produictio filii ex Ecclesiast. c. 24. creatio vocatur c.  
18. p. 477. Sed contra νότια τεων υγιαινόντων λόγων.

14. Processio solius Spiritus sancti characteristica perperam  
tribuitur Filio libr. 2. de Christ. cap. 6. pag. 500.

15. Falsissime dicitur: Ex Lutheranorum dogmate de per-  
sonâ Christi sequi vel Eutychianismum, vel Nestorianismum, vel  
monstrum ex uirag, heresi temperatum libr. 3. de Christ. cap. 1.  
pag. 582.

16. Quod ibidem paulo post additur: Lutheranos docere  
hypostaticam unionem consistere in communicatione attributorum  
divinorum ipsi carni & humanitati, id simpliciter verum non est.

17. Eutychianismum evitaturus Esauita in Nestoriani-  
smum incidit, quod ex cap. 3. lib. dicti luculentiter probari potest.

18. In cap. 8. libr. dict. non definitur unio hypostatica,  
sed ~~magis~~ Geis, sive ~~magis~~ suos Nestoriani.

19. Nimis lubrica, & infirma sunt, que cap. 10. afferuntur contra realem ταῦτα ιδειαν των νομονοματων.

20. Falsum est illud cap. 11. pag. 630. Involvit contradictionem, rem in eodem loco videri, & non videri.

21. Diabolo inspirante, & calamum regente hac verba cap. 12. p. 631. in chartam conjecta sunt: Secundum Ubiquistas (quo nomine orthodoxi depinguntur) mox à conceptione fuit illa caro in uteris omnium mulierum, imo & virorum, &c. qui turpis coccynimus repetitur in pī & fat. tom. 3.

22. An non in verbis illis cap. 4. p. 667. l. 4. de Christ. anim. Verbum effudit in ipsā incarnatione in illam humanitatem omnia dona quorum sapax erat, & his cap. 2. p. 664. Christus initio accepit gratiam sine mensurā, cap. 5. p. 669. Sapientia tam creatura, quam in creature erat in Christo, &c. manifesta sit aīnōphatos, judicent cordati.

23. Philosophica ista de centro terrae, & inferni loco speculatio c. 10. Subtiliter ad modum explicata, tristis pro lesuitico dignissima est, in gravibus vero Thologis merito reprehenditur, & damnatur.

24. Bellarmini de officio Mediatoris dogma à Stancarismo haud esse alienum ex c. 5. l. 5. pag. 738. evidentissimè demonstrari posse concludo.

25. Verba Prophetica Esai. c. 8. v. 14. c. 28. v. 12. repetita Controv. 3. à Paul. Rom. 9. v. 33. Petr. e. 1. c. 2. v. 7. ineptissimè ad Papam Ro. general. manum referuntur in præfat controv. 3. general.

26. Falso statuitur libr. I. de Pontif. Rom. c. 8. p. 816. Petrum fuisse praesidem, & caput concilii Hierosolymitani. Act. 15. descripti.

27. Petri Monarchia inepie probatur ex loco Evangelii Matth. 16. libr. dict. c. 10.

28. Prerogativa Petri 28. à cap. 17. usq; ad 25. enumera-  
ta, ne gry faciunt ad Monarchicum ipsius regimen evincendum.

29. An Petrus Roma Episcopum egerit, adhuc valde con-  
troversum est, male igitur pro certo, & indubitate habetur lib. 2.  
de pontif. c. 4.

30. Propriatu Papæ Romani vanissimè ipsorum pon-  
ficum testimonia afferuntur lib. 2. c. 14.

31. Donatio Constantini, cuius mentio fit libr. d. cap. 17.  
p. 1021. planè conflictitia, & nulla est.

32. Tyrannidem & arrogantiā sapiunt nimiam, quæ de  
definitivâ Papæ sententiâ disputantur cap. 21. l. d. à quâ non licet  
appellare.

33. Ridicula sunt ratiuncula pro primatu pontificis, ex  
variis eius denominationibus, & epithetis petitæ cap. 31. libr. dict.

34. Nullo scripture testimonio ostendi potest, Antichristum  
futurum unum singularem hominem, quod nimis audacter affir-  
matum lib. 3. de pontif. c. 2.

35. Nec illud ex scriptura sacra facile demonstrabitur: Eu-  
angelium in toto terrarum orbe prædicatum iri ante adventum An-  
tichristi, quod verò tanquam certum signum, adventum Antichri-  
sti antegressum proponitur, c. 4. l. d.

36. Henochum & Heliam tempore Antichristi redituros,  
cum illo certaturos, & ab illo occidendos, non verissima est sententia,  
ut dicitur, l. d. cap. 6. sed purum putum figmentum & Rabinorum  
suum.

37. Ex nullo loco Scripture probari potest, Antichristi tem-  
pore cessaturas omnes Religionis ceremonias, quæ est explicatio de-  
monstratiois quartæ lib. dict. c. 7.

38. Male determinatur certum tempus regni Antichristi,  
l. d. c. 8. ex Daniel. 7. & 12. & Apoc. 12.

39. Nescio quâ specie veri dici possit: Antichristum nasci-  
turum ex diabolo, & muliere, eo modo, quo dicuntur quidam vati-

ex incubis demonibus, quam tamen sententiam suam facit Lojola-  
nus noster lib. d. c. 12.

40. Quomodo ista in c. 13. Decem reges sibi dividenter Ro-  
manum imperium, odio habebunt purpuratam meretrices, id est,  
Romam, & eam desolatam facient, atq; etiam igne cremabunt, p.  
1159. Antichristus odio habebit Romanum, & cum ea pugnabit, eamq;  
desolabit & incendet, p. 1162. cohærent, & simul stare possint, e-  
quidem vix possum divinare.

41. Cornu illud parvulum, de quo Daniel. c. 7. vaticina-  
tur, perperam exponitur de Antichristo, l. d. c. 16.

42. Visio illa Iohan. Apoc. 9. de ascendentे fumo, obscu-  
ratione solis, & aeris, absq; omniratione de Luthero explicatur l. d.  
c. 23. & in orat. præfix. tom. 4.

43. Mirum est, si fabulosa sunt, que de Iohanne Papa fa-  
minè prodiderunt scriptores, ut concluditur c. 24. l. d. quod Iulius  
III. Pontifex librum de exempl. illustr. viror. Ioannis Baptista Egnati  
in Venetiis ann. 1554. impressum, privilegio ornaverit, cum in illo  
historia de feminâ istâ tribus distinctis locis perspicue proponatur,  
pag. 97. 246. 265.

44. Pessima est illa hypothesis l. 4. de Pontif. c. 2. pag.  
1244. Pontificem solum, vel cum suo particulari concilio, aliquid in  
re dubia statuentem, sive errare possit, sive non, esse ab omnibus fide-  
libus obediens audiendum.

45. Infallibilitas iudicij in Papâ absq; omni fundamento  
asseritur, l. d. c. 3.

46. Crassissimum est mendacium & flagrâ dignum, quod  
Deus ipse insserit Româ signi Apostolicam Petri sedem, c. 4. p. 1259.

47. Dum Cardinalis cum Innocentio III. in c. solitæ  
extr. de majorit. & obedient. Papam Soli, Imperatorem verò  
Luna equiparat, l. 5. de Pontif. cap. 3. pag. 1399. idolo suo notam  
Antichristi ab apostolo 2. Thessalon. 2. v. 4. positam haud obscurè  
irribuit.

48. *Melodacissimum est: Imperatores, qui fuerunt à tempore Caroli Magni, Pontifici suum debere imperium.* c. 8. p. 1424.

49. *De origine electorum ingens inter scriptores gliscit controversia, proinde nimis audacter, & impudenter scribitur,* p. 1427. *Dedisse autem Pontificem Germanie Principibus electoratum extra controversiam est.*

Ex tom. 2. Controv. i. general. 50. *Falsa est illa positio, lib. 1. de concil. c. 12. Soli Papa competere facultatem congregandi concilia.*

51. *Iniquissimus est Bellarminus, dum l. dict. c. 21. conditionem illam: ut in conciliis ex sola scriptura divina sententia ferantur, inquam censet.*

52. *Ineptissimum est theorema: Ab instructione, & confirmatione Papa dependere, quò minus concilia errent,* l. 2. c. 11.

53. *Dum Iesuita l. dict. c. 17. Pontificem absoluè supra concilium esse statuit, quamplurimis Papistici dogmatis propugnatoribus in faciem contradicit.*

54. *Subtilitas ista, lib. 3. de Eccles. militant. cap. 5. p. 207. Christus est summum caput, quoad influxum interiore: Papa est summum caput quoad influxum exteriorem, parum habet ponderis. Exinde verò Ecclesiam bicipite constituì, nullum est dubium.*

55. *Impia est thesis, l. 4. de not. Eccl. c. 2. pag. 285. Scripturas pendere ab Ecclesia.*

56. *A cap. 4. usq; ad fin. libr. 4. multa ponuntur Ecclesia note, quæ spuriae sunt, & suspectæ.*

57. *In eadem prolixa disputatione multa existant menda-  
bia: Libet duo crassiora saltem apponere. c. 10. p. 332. assertur: 100.  
diversissimas sectas ab uno Lutherò prodicisse, cap. 14. pag. 352. &  
357. refertur: Corpus Lutheri in arca stannea inclusum, media hy-  
metam teturum odorem spirasse, ut coacti fuerint illud in itinere re-  
linquere, Val: Vbi hic pudor? ubi candor?*

Controver- sia 2. gene- 58. *Apostolicum illud ius, quo cælibatus ordinibus sacris  
annectatur libr. 1. de cleric. c. 19. jactatum, non probatum video.*

59. Contra veritatem, & ordinationem divinam proponitur haec sententia c. 28. l. d. pag. 538. Non tenentur clerici principibus parere, neque iure humano neg. iure divino, nisi quantum ad leges quasdam directivas.

60. Quæ lib. 2. de Monach. à cap. 20. usq; ad cap. 35. detribus votis Monasticis prolixè proponuntur, omnis scripturarum carent autoritate.

61. Spiritui sancto in os obloquitur Bellarminus cap. 30. d. pag. 728. impudentissime scribens: Pejus est nubere, quamuri.

62. Nimiris infirma, & morbida sunt argumenta, que lib. 3. de laic. cap. 22. adducuntur pro crudeli illa sententia: Hereticos esse morte multandos.

63. De Purgatorio libris duobus suaviter nugatur Cardinalis, & Scripturarum presidio destitutus, tandem ad Mahometengeneral. norum Alcoranum, Platonis Gorgiam, & Phædonem, Ciceronis somnium Scipionis, Virgilis Æneida, Claudiani carmina, & fragmenta de apparitionibus animarum confugit, libr. I. de purgat. cap. II. En soliditatem fundamenti, quo nititur fides Romanensem.

64. Mirabilis & antehac inaudita est illa explicatio dicti Ecclesiast. 11. v. 3. quam proponit Lojolita cap. 12. pag. 993. his verbis: dicendum erit, eos qui ad purgatorium pertinent, ad astrum cecidisse, id est, ad statum salutis eternæ.

65. Pro afferendo limbo male producitur exemplum Samuelis lib. 2. de purgat. c. 7. ubi frustra desudat disputator, ut probet: Verum Samuelem à Pythonissa fuisse excitatum, 1. Samuel. cap. 28.

66. Inane est illud pro pallianda sanctorum adoratione Controv. χρησθύεται, quod queritur in distinctione inter λατρείαν, δυλείαν, &c. 4. general. θεοδυλείαν, lib. 1. de sanct. beat. cap. 12.

67. Quæ pro reliquiarum cultu, lib. 2. de reliq. sanctor. disputantur, nullius sunt momenti, nec historicam fidem facile me- rentur.

rentur, quæ Bedarminus de virginе Clara, & patrona sua beatissima Agneta Politianat antopere jactat, libr. dict. c. 3.

68. Prolixa ista de cultu imaginum dissertatio, libr. 2. de imagin. sanct. cap. 11. & seqq. Pontificios ab idolatria minime liberat.

Ex tom. 3.  
Controv. 1. 69. Falsissima est sententia quæ profertur libr. 1. de Sacrament. in gener. cap. 13. verba in sacramentis elementa dici general. posse.

70. Absque omni ratione hareticis accensentur illi, qui doctrinam de intentione ministri in sacramentorum dispensatione impugnant, libr. dict. cap. 27.

71. Quod Sacra menta ex opere operato gratiam conferant, nullo scripturarum apice demonstrari potest, vana sunt omnia, quæ pro hoc scholasticorum somnio ex scripturis, conciliis, patribus, rationibus, conquiruntur libr. 2. de effect. sacram. c. 3. usque ad 12.

72. De Pontificiorum fictilio charactere nullus in verbo Dei existat character, quæ contra producuntur cap. 20. l. d. contorta sunt omnia, ut & illa quæ cap. 23. de numero septenario sacramentorum corraduntur.

Controv. 2. general. 73. Peccatum per Baptismum tolli & prorsus exstirpari, ut docetur libr. 1. de Sacram. Baptism. cap. 13. cum evidenter scriptura pugnat.

74. Iohannis Baptismus unum idemq; sacramentum fuit cum Baptismo Christi, & unam eandemq; efficaciam cum illo obtinuit, quod perpetuè negatur lib. 1. de Bapt. c. 20. & 21.

75. Toto lib. 2. de sacram. Confirmat. nihil solidi assertur pro Confirmationis Sacramento.

Controv. 3. general. 76. Sexto capite Iohannis de Eucharistia Sacramento agi, minus rectè colligitur, libr. 1. de Sact. Euch. c. 5.

77. Non tantum brevissimè, ut loquitur Monachus noster, sed levissimè in primis demonstratur l. 3. de Euch. c. 17. Omnipotens Christus haudq; possit planè obscurare, & evertere Sacramenta regna Domini.

78. Vanissima est opera, que impenditur ut defendatur monstrorum Transubstantiationis dogma philosophicis & Theologicis absurditatibus quam refertissimum, à cap. 18. usq; ad fin.

79. Pernitiosissimus est error de permanentia corporis Dominis sub specie panis extra usum, propositus libr. 4. de Eucharist. capp. 5. priorib.

80. Frigide, & frivole admodum sunt rationes pro communione sub una specie, adductæ l. d. c. 21. & seqq.

81. Libr. 1. de Miss. cap. 1. frustra impugnatur sententia orthodoxorum Deum Mahuzim Daniel. II. v. 38. de Missa interpretantium.

82. In Missa verum sacrificium offerri prolixè deducere al laborat Robertus à cap. 6. l. d. usq; ad. fin. sed omnis scriptura pri vatus robore.

83. Quæ lib. 2. de Miss. per tot. pro sacrificio Missæ propiciatorio (cuius virtute tam vivi, quam mortui subleventur) hinc inde compilantur, naniæ sunt, & negetur quatuor in Romanensium cerebro nata.

84. Ridicule pro pœnitentiæ sacramento asseritur, in eosym Controv. bolum & elementum externum esse confessionem pœnitentis, & ab 4. general. solutionem sacerdotis, lib. 1. de pœnit. c. II. p. 1640.

85. Contritionem esse actionem liberam, & ad Evangelium pertinere, contrascripturam, & rationem omnem defendiur, lib. 2. de pœnit. c. 2.

86. Caput undecimum libr. dict. nil continet solidi, quæ de quantitate contritionis, dolore summo ob peccata intensivè, vel extensivè, vel appreciativè, concepto, ex scholasticorum lacunis ad naufragium recoquuntur, barbariem sapientiæ fædissimam, ac proinde ab eruditorum scholis merito exulare jubentur.

87. Confessio quâ omnium & singulorum peccatorum sufficiens exigitur enumeratio est ἐν τῷ αἰδονάτῳ, oculum & operam ergo perdit noster Politianus, dum illam defendere, & propugnare conatur lib. 3. de pœnit. c. 2. & seqq.

88. Satisfalliones l. 4. de poenitent. stabilitate summi conseruacionis sunt in sufficientissimum Christi assertio.

89. Quis quilibet sunt, non solidationes quibus pro indulgentiis, bullis Papalibus, thesauro Ecclesie, utitur disputator, libri duob. de indulgent.

90. Pro extremaunctionis & ordinis sacramento, ne unicum quidem iota ex universo codice Biblico profiri potest, que consuntur, libr. de extr. uoc. & ord. planè sunt ad hoc & a dico.

91. Cardinalitis absq; dubio negotiis implicatus fuit Belarminus, cum pro Matrimonii sacramento locum Paul. ad Eph. 5. vers. 32. arripuit, nec tantum otii habuit ut textum gracum presertim, penitios inspicere, & rimari posuerit, alias ita nude non prognasset, libr. I. de matr. sacr. c. 2.

92. Erronea est conclusio capitinis 16. lib. dict. Matrimonium insolabile esse quod ad vinculum, etiam in casu fornicationis & adulterii.

Excom. 4. Controv. 1. adhuc hodie superstite peritut a conservatione Henochi tempore general. diluvii, libr. unic. de grat. prim. hom. cap. 14. p. 70.

Controv. 2. general. 93. Imbecillis & clumbis planè est ratio, qua pro Paradise fessa occurrit avnlovia, p. 220. negatur: Deum impellere, ad malam moraliter: idem expressè affirmatur paulo post p. 223.

94. Lib. 2. de amiss. grat. & stat. peccat. c. 13. manifestata occurrit avnlovia, p. 220. negatur: Deum impellere, ad malam moraliter: idem expressè affirmatur paulo post p. 223.

95. Paradoxum de creatione animarum, libr. 4. de amiss. grat. c. 11. defensum, infinitis, iisq; gravissimis laborat absurditatibus.

96. Virginem Mariam sine peccato originali conceptam

fuisse, secundum tenorem capitinis 15. libr. dict. Papistarum est somnium.

97. Thesis capitinis 7. libr. 5. de amiss. grat. Naturæ corruptionem, sive concupiscentiam, qualis remanet post Baptismum in renatis, nullum esse ex se, vel natura sua peccatum, cum verbo Dei doceatur pugnat.

98.

98. *Futilissima est disputatio ea libri sexti de amiss. grat.  
capp. 7. priorib. de parvulis sine sacramento Baptismi decedenti-  
bus, aeterna mortis pena damnandis.*

99. *Degratiā gratum faciente, utrum illa realiter, vel for-  
maliter à charitate differat, in fructuose speculatur Religiosus noster,* Controv.<sup>3</sup>  
*lib. 1. de grat. & lib. arbitr. c. 6. cum ipse ibidem fateatur, contro-  
versiam illam ad fidem catholicam non pertinere.* general.

100. *Sub propositione illa: Causa Reprobationis impiorum  
partim ad solam Dei voluntatem, partim ad peccata prævisa refe-  
renda est, lib. 2. de grat. & lib. arb. cap. 16. aliquid monstratita-  
re videtur.*

101. *Disputatio l. 3 4 5. & 6. de grat. & lib. arb. in com-  
pendium contrahitur, c. 16. lib. 6. in quo verò quam plurima occur-  
runt atro lapillo notanda.*

102. *Male statuitur fidem iustificantem non esse fiduciam  
lib. 1. de Justif. cap. 5. & 6.*

103. *Quis non animo lingua & calamo detestetur impu-  
dentissimam illam Esauitæ vocem: Fides melius per ignorantiam,  
quam per notitiam definitur libr. d. c. 7.*

104. *Nihil plane virium obtinet discursus ille prolixus à  
cap. 12. usq; ad fin. oppositus sensu & orthodoxa, qua est: fidem  
solam iustificare.*

105. *Falsissima esse quæ lib. 2. de justif. cap. 3. 6. 7. propo-  
nuntur, ex sola capitum inscriptione est planissimum.*

106. *Dubitatio Papistica lib. 3. de justif. c. 3. pag. 2307.  
Stabilita, profundissimum est desperationis barathrum.*

107. *Quomodo assertio capitinis 14. lib. dict. pag. 2383.  
Peccatum Petri in abnegatione Christi commissum fuit letale, cum  
illâ lib. 4. de Pontif. cap. 3. pag. 1248. Fides Petri, quando nega-  
vit dominum, non defecit, conciliari possit, conjicere nequeo.*

108. *Legem Dei esse possibilem, insufficienter ex divinis  
literis probatum lib. 4. cap. 11.*

109. *Opera bona non solum esse verè iusta, sed etiam iustificare, que est in yegōni capit. 18, libr. 4. pugnat cum universa doctrina Evangelica.*

110. *Opera iustorum meritoria esse vita aeterna impiè statuitur libr. 5. cap. 3.*

111. *Propositio terita capit. septimi libr. dict. que hoc est: propter incertitudinem propriæ iustitiae, & periculum inanis gloriae tutissimum est fiduciam totam in sola Dei misericordia & benignitate reponere, cum toto disputationis Jesuitice de iustificatione scopo manifestè pugnat.*

112. *Contra principia fidei scribitur, l. 5. c. 22. Hominem nondū reconciliatum posse impetrare, & mereri gratiam iustificationis.*

113. *Præcoceptam opinionem non scripturam sequitur Jesuita dum lib. 1. de bon. operib. in particul. cap. 6. pag. 216. ait: Sacramentum altaris panis dicitur, Johann. 6.*

114. *Lubrica, & levia sunt argumenta pro horis canonicis allata libr. dict. cap. 10. seqq.*

115. *Vana est illa lex Ecclæstastica proposita libr. 2. de bon. operib. in part. c. 7. per quam obligentur fideles in conscientia ad certa quædam ieiunia, & ciborum delectum.*

116. *Impium est pronunciatum illud libr. dict. c. 11. pag. 2247. Ieiunium est utile ad satisfaciendum Deo: que subiicuntur c. dict. & seqq. de quadragesima, Pontificios xænḡn̄l̄ias accusant.*

117. *Eleemosynas esse opera meritoria & satisfactoria, ut concluditur lib. 3. de bon. op. in partic. cap. 4. in divinis literis nuspiciam invenitur.*

118. *Iudicium Bellarmini de libro Concordie etomo quarto annexum, sine omni iudicio conceptum & scriptum est.*

119. *In tribus libris de translatione imperii Romani à grecis ad Francos non pauca interveniuntur qua in historicā fidē impingunt.*

120. *Frigida est responsio Bellarmini ad librum anonymum cui titulus: Aviso piacevole dato alla bella Italia.*

*Ad*



8

AD

DOCTISSIMUM VIRUM,  
**DN. M. JOHANNEM**  
**CRÜGERIUM,**  
BERLINENSEM CONTRA BEL-  
LARMINUM DISPUTANTEM.

Dixerat hæc olim verissima VERITAS JESUS,  
Finibus & nullis quæ dixerat interire cernas;  
Terminus extremus quanto propiore se tumultu  
Moverit, & celeres attraxerit ætheris ruinas;  
Se tanto Satanæ vehementius expedire perget  
Et properante magis festina citabit hinc & illinc  
Orgia curriculo: convellere quicquid est ubivis  
Et lummi atque Iimi, quodcunq; per ætheris theatrum  
Nec non lethæi freta fluminis est in universum,  
Sive si antè suum, velut omne quodd Anti-Christianum est,  
Seu Christi fuerit; fert omnia ubiq; susq; deq;,  
Omnia & hæc Mundi completa per Universitatem  
Esse videmus; & in Lojolide Christianitatis.  
Hoste feroce, Dei spretore, truciique Regicida.  
Quando locustarum Princeps etiam triumphat omnes  
Quotquot & antè fuere, & quotquot erunt dein futuri:  
Ille, inquam, ègregius Monachum veterum & simul recentum  
Duxque Caperq; gregis, qui BELLA per Arma comminatur.  
Et qui falsidicis libertis mala cuncta seminavit,  
Et gnatus gnarusq; ad magna negotia explicatur.

I con-

I contra, quem Christus in hac animavit entheatum  
Indole cœlestis Genii, quid enim ista pertimescet  
Bella per Arma Minasque gerenda? animosior vigescet  
**CRÜGERI**, in nebularum hac agmina pulveris struices.  
Nec desperabis Christo duce præviōq; Christo,  
Palmiferæq; manu Victoria, Veritas Fidesq;  
Concedent, animi tu robore cum fidelitate  
Oppugna: atque perennaturus es in sacro Triumpho.

*Conradus Bachmannus, Professor & p.t. Collegii Philosophici Decanus.*

F I N I S.





I VIRUM,  
**ANNEM**  
**RIUM,**  
**ONTRA BEL-**  
**UTANTEM.**

s Jesus;  
ire cernas;  
e tumultu  
inas;  
perget  
& illinc  
lt ubivis  
eris theatrum  
versum,  
ti- Christianum est,  
q; deq.;,  
iversitatem  
atis.  
gicida.  
imphat omnes  
unt dein futuri:  
um & simul recentum;  
Arma comminatur;  
avit,  
xplicatur.

I con-